

Item **Mat.** Quid prodest homini si uniuersum mundum lucraretur? Nec solum hic non proderit: sed pertrahit ad infernum. **Die/re.** Labores populorum et gentium in igne erunt et disperbunt. **Secundus** labor carnis est similiter contemnendus. quia facit hominem uiciosum. **Unde** ex persona raliu dicit **Eccl. iij.** Qui laboro et fraudo animam meam bonis. **Maledictus** est enim qui seruit indignis se. et hoc est corpus quod indignus est anima. **De quo** dicitur **Aggei.** Qui mercedem congregat misit in sacculum pertusum. **Tercio** labor dyaboli est penitus execrandus. qui enim conformatur ei hic in uicijs: conformatur ei postea in supplicijs. **Labor** autem dyaboli versatur in superbia: inuidia: inimicitia: et similibus uicijs spiritualibus. omnes isti labores execrandi sunt et penitus fugiendi. quia non sinit homines quiescere: et tamen pertrahunt ad infernum. **Qui** ergo expedite laborare in dei seruitio desiderat: omnino excutiat se de illis. **Secundo** laborandum est in cordis contritione a peccatis omnibus se emundans. **De quo** per ps. dicit. Laboraui in gemitu meo. **Et** super omnia que ad negociationem peccatorum faciunt penitentibus laboribus duris et asperis aggrediamur. **Tercio** laborandum est in mandatorum executione: laborantes cum omni conatu et diligentia. ut que mandata domini operibus impleamur. **Et** licet pauci sint qui scire uelint quid mandauit deus. iporum tamen impletio meretur vitam eternam: reorum transgressio edificat ad gehennam. **Itaque** de primo dicit **Mat.** Si uis vitam ingredi serua mandata. **De secundo** **Esdr. vij.** Omnis qui non fecerit legem dei diligenter: iudicium erit de eo in mortem. **De quibus** duobus **Augul.** Sicut uita prestat obseruatio mandatorum: sic euerfo generat preuaricatio mortem. **Quarto** laborandum est in tribulationum patienti portatione. **Hanc** enim legem statuit sibi deus: ut bene laborantibus et fideliter seruentibus exhibeat tribulationes. tum propter hoc ut stimulus meritorum et passione crescat sicut ex actione. tum propter hoc ut uilitas seruentis iudicantes nos suos inuiles: qui propter negligentiam castigamur. **In** his ergo laborandum est ut ipse siue

a deo siue ab homine inferatur: patientissimè sufferatur. **Nam** de his duabus scilicet actione et passione dicit **Bern.** **Uita** sanctorum in duobus principaliter consistit. scilicet in bonorum actione et passione aduersorum. et tanquam turris que undique constructur erigit se in altum. **Quinto** laborandum est in contemplatione. **Animam** enim ex premissis omnibus purgata conatur et nititur ut celestia contempletur. in quo tamen maximus labor esse creditur: ut homo quasi contra iactum fluminis conetur: et erigit se ad deum. **Unde** **Bern.** **Talis** modus cogitandi de deo multi est laboris: multi sudoris. et nisi erigatur per gratiam: relabatur ad yma. et in cinerem suum reuertetur. **Tercio** dicendum est de mercedis magnitudine. quam ut breuiter insinuemus: quod sermo in longum ductus est. merces omnium predictorum est ipse deus. quo nihil melius: nihil dignius: nihil uilius poterit dare quam deus. in quo datur omnia que sunt bona. **De hac** mercede dicitur **Genes. xv.** Ego pector tuus sum: et merces tua magna nimis. **In** quibus uerbis insinuat nobis duplicem donationem sui. **Par** enim se in presenti ad consolationem: et in futuro ad eternam glorificationem. **Primo** merces tangitur in eo quod dicit magna. **Secundo** in eo quod subiungit nimis. **De quibus** expressi dicit **Bern.** **Notandum** sicut in regno beatitudinis presentem se exhibet dominus electis suis ad glorificationem: ita etiam se eisdem exhibebit in uia peregrinationis ad iustificationem. ut a quo glorificandi sunt per spem: ab ipso prius iustificetur per fidem. quod sub alijs uerbis dicit apostolus **Roma. vj.** Serui facti deo habebitis fructum in sanctificationem. sine quo vitam eternam. **Ad** quam etc.

XCIII. De sancto Luca.

Honora medicum propter necessitatem **Eccl. xxiij.** **Dicit** Augusti. **Qui** sentit uulnera medicum exposcit. **In** uerbis ergo propositis tria possumus intelligere. **Primo** exhortationem. **Secundo** exhortationis specificationem. **tercio** infirmitatis insinuationem.

nem. Primum ibi Honora. secundum ibi: me-
dicum. tertium ibi: propter necessitatē. Est
itaque sanctus Lucas qui medicus exiit tri-
pliciter honoratus. Primum per supplicatio-
nem. doctrine sue susceptioem. vite imitatio-
nem. In his enim tribus sanctus iste se re-
putat honorari. Primum quod honorem? istum
medicum orationibus. vigilis. missarum solē-
nijs. et alijs quibuscunque generibus boni. sup-
plicantes enim ut apud deum summum medi-
cum nostrorum vulnera peccatorum suis inter-
cessionibus pristina restituat sanitati. Secun-
do honoremus eum doctrinae sue medicine
vel medicinā sue doctrine tamen in actibus apo-
stolorum quae in euāgelij cum reuerentia fide-
liter suscipiendo huius doctrine plenam fidem ex-
hibentes. Tertio honorem? istum medicum
vitam suam exemplare strenue imitando.
Nam vita eius sicut Sapient. iij. dicit. So-
brietatem et sapientiam docet: iusticiam et vir-
tutē. quibus utilius nihil est in vita hominis. Quod
facere monemur Deuter. xxvij. Accipias ex-
emplar a sacerdotibus ut dicere possim? il-
lud Proverbi. xxij. Exemplo didici disci-
plinam. His ergo tribus modis sanctus Lucas
fideliter honorem? Sequitur secundum scilicet
medicum: in quo verbo commendatur sanctus
iste ab officij dignitate. Fuit enim medicus
corporalis et spiritualis. ut corporali medi-
cina sanaret corpora: spirituali autem medi-
cina animas a vitijs et peccatis. propter quod
in scriptura consueto nomine medicus est vo-
catus. De quo dicit Col. iij. Salutar nos
Lucas medicus. Sequitur tertium: scilicet pro-
pter necessitatē. Cum enim propter peccato-
rum et vitijs multitudinē caput levare non
audeamus ad dominum: necessarios habemus
sanctos ut eorum meritis et precibus interue-
nientibus pro nobis ad dominum intercedat
Et hoc est quod dicit Job. v. Ad aliquem san-
ctorum convertere. ut cum indigni sumus apud
dominū: exaudiri ipsos patronos nostros pro
nostris excessibus sentiamus. Et hec de eius
memoria breviter tacta sufficiat. Verum quod
tam iste medicus quae eius medicina principi-
paliter sunt a deo: iuxta illud Ecclesi. xxvij.
A deo est omnis medela. Ideo ad summum
medicum deum ad curandas nostras miseri-

as recurramus: ante oculos sue misericordie
peccatorum nostrorum vulnera expandentes. Ipe
est enim verus medicus qui ex se et per se sa-
nat omnes infirmitates nostras: respectu cuius
omnes alij medici dicere possunt illud
ysa. iij. Non sum medicus: et in domo mea
non est panis. quod per se et ex se alij nihil possunt.
sed quicquid omnes sanitatis et curationis ho-
minibus infirmis contulerit: hoc totum a deo
medico acceperit. **C**uius ergo me-
dici qui deus est occasio duo breviter perstrin-
gantur. scilicet de humani generis infirmitate:
et de dei medicinali sanitate. hoc est quomodo
nos infirmamur: et quomodo nos a deo sanamur.
Sciendum ergo quod humanum genus in
primo parente sanum creatum est: ita ut nul-
lam viciosam pravitate haberet in seipso. sed
postquam corruit in peccatum: statim sensit aliam
legem in membris suis repugnantem legi me-
tis sue. Et quia omnes in illo primo paren-
te fuimus radicaliter. ideo in omnes nos trans-
funditur hoc peccatum. Vicit enim in quolibet
renato peccatum curatur per baptismum origi-
nalem: nihilominus tamen qui curatur est trans-
mittit illud iterum in prolem. sicut iudeus cir-
cumcisus generat filium circumcisum. et nu-
dum granum seminatū procreat granum cum
palea. Et causa huius est: quia homo gene-
rat filium non secundum quod curatus est in mente: sed
secundum quod est corruptus in carne. Illud ergo ori-
ginale peccatum habet multa nomina: et hoc
ex multiplici causa secundum quod comparatur ad diver-
sa. Si enim comparatur ad animam vocatur infir-
mitas. quia reddit animam infirmam et im-
potentem ad resistendum motibus carnis. Vo-
catur etiam feditas. quia maculat animam.
Vocatur etiam pronitas propter continuam in-
clinationem appetitus ad malum. Vocatur
etiam corruptio. quia ducit ad nihilum. id est ad
peccatum. Si vero comparatur ad corpus vo-
catur lex carnis: eo quod lege divina carni sit in-
flicti. Item vocatur lex membrorum. quia mo-
vet membra ad concupiscentiam. Vocatur etiam
am fomes. quia fovet peccatum in carne. Vo-
catur etiam stimulus carnis. quia stimulat
carnem ad primos motus et animam ad con-
sensum. Item comparatur ad primum hominem
a quo contrahit: et sic vocatur peccatum ori-

Originale peccatum habet multa nomina

ginale. Si vero ad totum hominem comparetur vocatur corpus peccati. eo quod ad omnia membra et organa corporis se diffundit ysa. j. **A** planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. ut sicut corpus naturale habet oculos: aures: os: manus et pedes et cetera membra sua. sic corpus peccati omnia illa habet. **N**am in singulis membris et organis corporis naturalis sunt etiam membra et organa corporis peccati. ut sint oculi in oculis aures in auribus etc. **D**e hoc corpore peccati dicitur **Roma. vij.** Ut destruat corpus peccati. **Q**uod videlicet corpus describit **Proverbi. iij.** ubi dicitur. **S**ex sunt que odit dominus: et septimum detestatur anima eius. **Q**uollos sublimes. linguam mendacem. manus effundentes sanguinem innoxium. cor machinas. cogitationes pessimas. pedes veloces ad currendum in malum. testem fallacem. et eum qui seminat inter fratres discordias: hec cum destruitur: destruitur corpus peccati. **I**sta enim insunt omnibus nobis licet in magnis sanctis per fortissima exercitia adeo debilitentur ut raro audeant caput erigere: nunquam tamen penitus extinguuntur. **N**am de his dicit **Judith. iij.** **D**e sunt gentes quas domini detestatur ut erudiret in eis hierusalem: et discerent filij eorum certare cum hostibus et habere consuetudinem preliandi. **U**nde **Bernardus.** **Q**uamlibet manens in corpore peccatis erras si putas vitia mortua et non magis compressa velis nolis intra fines tuos habitat iebuzeus: subiugari potest: exterminari non potest. **E**t necessario non enim virtus cresceret si ista nihil penitus impugnant. quia medium viciorum tenet virtus. **U**nde utilis est eorum impugnatio: si tamen non fiat eorum expugnatio ut nos vincant: quod ne fiat. **I**deo magni sancti validis clamoribus ex persona totius humani generis interpellabant ut eos ab huiusmodi febribus dominus liberaret. **H**inc **ps.** **M**iserere mei domine quonia infirmus sum: sana me quonia perturbata sunt ossa mea. **H**ic **Jeremias** licet in utero sanctificatus dicit. **S**ana me domine et sanabor. **Q**uorum clamoribus dominus miseratus dicit **Osee xiiij.** **S**anabo contritiones eorum: diligam eam spontanee. **S**anat autem dupliciter secundum duplicem

statum vivendi. scilicet in presenti: et in patria. hic ad utilitatem: in patria ad plenam et perfectam sanitatem. **P**rimo dico quod deus summus medicus sanat hic ad utilitatem. quia penitus non extinguit: sed ita sanat ut homo infirmitatem sentiat sed non deticiat. et per hoc quod sentitur homo humilietur. et per hoc quod non expugnat coronam. ut per hoc quod sentitur sumus humiliores et cautiores. et per hoc quod impugnat et non expugnat sumus in meritis dicimus. infinita enim merita nobis deperirent si nihil nos penitus impugnet. **H**inc **Prover. xx.** **L**iuor vulneris absterget mala. **S**icut enim per liuorem memores sumus vulnerum: sic etiam per infirmitatem meminimus nos peccasse. **H**inc etiam dicitur quod **Lazaro** suscitato in facie pallor relinquitur ut per pallorem meminisset a domino se a mortuis suscitatum. **S**unt autem tres medicine per quas deus sanat homines in presenti. scilicet per sacramenta. documenta. cordis sui incitamenta. **P**rimo dico sanat dominus per medicinam sacramentorum. et maxime per sacramentum corporis christi: quod proprie est et dicitur medicina. **D**e quo dicit **Eccl. xlvij.** **A**ltissimus de terra creauit medicinam. quod proprie de corpore domini dicitur quod ex pane qui de terra nascitur altissimo domini consilio est confectus. **U**nde **Aug.** **M**edicina est celestis venerabile sacramentum. **H**inc **Bernardus.** **D**uo sacramentum corporis domini operatur in nobis. ut videlicet sensum muniat: et etiam in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. **E**t subiungit. **S**i quis vestrum non tam crebros ut solebat nec tam acerbos sustinet iracundie motus inuidie luxurie ac ceterarum: granas agat corpori et sanguini domini nostri **I**esu christi. quoniam virtus sacramenti operatur in eo. **U**nde dominus **Albertus** exponens hoc verbum **Eccl. xlvij.** medicina omnium in festinatione nebule: dicit. **D**e forma panis infra quam corpus domini continetur nebula vocatur. que medicina est preseruans ab omni infirmitate. **E**t subiungit. **H**ic cibus sanus est ex operatione. quia operatur sanitatem in homine ipsum in comunione sumentem deuote. **S**ecundo sanat nos deus medicus per medicina

cumentoz. Omnia eniz que mandauit do-
 minus. & que pdicauit quid aliud sunt q̄ me-
 dicamina animarum: Unde Sapient. xvi.
 dicitur. Neq; herba: neq; malagina sanat il-
 los: sed tuus domie sermo qui sanat omnia.
 Hinc Augusti. Medicina omnibus cou-
 solentem. omnia tumētia cōprimētē. omnia
 tabescentia reficientē. omnia supflua resecā-
 rem. omnia necessaria custodientē. omnia
 perdita reparantē. omnia deprauata corrigē-
 rem. Unde bene addidit ille sermonez domi-
 ni esse medicinā qui dicebat Mat. viij. Tā-
 tum dic verbo & sanabitur puer meus. **A**
Tercio sanat deus medicus per cordis sui
 incitāmēta: hoc est per cordis affectiōes que
 sunt virtutes: vt est ei⁹ pietas. benignitas.
 misericordia. & charitas. que cor suuz exube-
 rare faciunt ad omnez gratiam exhibendā. &
 vt quātumcūq; faciliter cor eius nostris pre-
 cibus pulserit: oleum sue gratie nostris vul-
 neribus infundat. Unde de eius misericor-
 dia q̄ ipsa sanat dicitur Sapient. xvi. Misericordia
 tua adueniēs sanabit eos. De oī-
 bus autem subditur ibidez infra. Substan-
 tiā tuā & dulcedinez tuā quā in filios habes
 ostēdebas: scilicet sanando infirmitates no-
 stras: vocans dei affectiōes siue eius virtu-
 tes substantiā suam. eo q̄ non insunt accidē-
 taliter sicut nobis: sed insunt ei essentialiter
 quia non sunt aliud nisi deus. **H**is ergo tri-
 bus sanat deus medicus in hac vita peregrī-
 nationis nostre infirmitates dispensatiue: tñ
 de eis in nobis aliquid licet tenuiter relin-
 quēs vt humiliores cautiōes nobis ipis co-
 gnitiōes pmaneamus. **D**icit autēz domi-
 nus Albertus q̄ deus sanat quadrupli. scilicet
 licet ab infirmitate pseruando. causa 3 infir-
 mitatis expellendo. sanitate perditā repa-
 rando. sanitate reparatā cōseruando. hec
 quatuor per diuinā gratiā deus operatur
 in nobis. quia per gratiā ab infirmitate pre-
 seruamur. vel infirmi iam facti per gratiā
 sanamur: & iam sani facti per gratiā cōser-
 uamur. **U**ltimo sanat deus medicus in pa-
 tria ad plenā & perfectā sanitatem: vt ibi
 sanati in perpetuū nunq̄ aliquid de infirmi-
 tatibus vel quibuslibet molestijs sentiam⁹.
Et hoc est qd̄ promittit nobis deus p̄ ysa.

plir. vbi dicitur. Longe effugabūtur qui ab-
 sorbebant te. **H**inc Apocal. xij. dicit. Elster-
 get deus omnez lachrymā ab oculis sancto-
 rum. & mors non erit vltra: neq; luctus: ne-
 q; clamor: neq; vllus dolor erit vltra q̄ pri-
 ma abierunt. **A**d quā nos pducatur.

XCIIII. Symonis & Jude.

Symon frater x̄

ster scio quia vir est cōsilijs: ipsum
 audite. j. Macha. ij. Dicit Berni.
Nec studium actionis bone: nec ocium con-
 templatōis sancte: nec lachryma penitentis
 accepta esse potuerunt illi: qui tanti habuit
 obedientiam vt vitam ipam q̄ obedientiaz
 pdere maluit. vnde ex his q̄ passus est chri-
 stus discimus quāta nos qui puri homines
 sumus oporteat pro obedientia perpeti p qua
 & is qui deus est non dubitauit mori. **T**er-
 ba ergo pposita licet venerabis pater Ma-
 thias iuis contribulibus de Symone fi-
 lio suo dixerit. nos tamē verba predicta per
 sensum mysticuz altius intelligentes ex p̄so-
 na christi ad celum ascendētis ipsa accipi-
 mus. **N**ec imerito Matathias enim inter-
 preratur donatus: signās christuz qui super
 omnia dona est datum optimū descendens
 a patre luminuz: vt ait Iacobus. qui ascen-
 dens in celum. post terguz de Symōe apo-
 stolo dixit omnibus nobis verbum pposituz.
Symon frater vester scio quia vir cōsilijs est
 ipsum audite. ac si dicat. Quia meam cor-
 poralem p̄sentiam habere non potestis: au-
 dite vestrū fratrem tanq̄ meipm qui meis
 cōsilijs est imbut⁹. **Q**uolētes ḡ glori-
 osi huius principis audire cōsiliuz sciendū
 q̄ in virtute sui nominis Symō docet nos
 obedientiā. non qualēcūq;: sed debitis ap-
 pendicijs & circumstātijs adornatam. **N**am
 in suo nomine qd̄ est Symon hortat nos ad
 obedientiam. Symon enim obediens dicitur.
In eo autem qd̄ dicitur vir cōsilijs: in-
 sinuat nobis q̄ eadem obedientia non debe-
 at esse nuda: sed bonis circumstātijs esse ve-
 stita. **D**icit enim Bernard⁹. **O**bedientiā simp-
 plex nō sufficit si suis stipata comitibus nō
 aderit. **E**t subiūgit. **E**t ergo obedientia ple-
 na sit atq; perfecta necesse est ipsam esse pu-